

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 66. Diversum circa Regis ejurationem judicium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

**Sæcul. XVI.** Cardinale datum reciperet. Denique  
A. C. 1593. sacro peracto Henricus personan-  
 tibus undique tympanis, tubisque, nec-  
 non reboantibus belli tormentis ab Ec-  
 clesia recedebat, amplasque pecunias  
 in vulgus spargi jubens ad Abbatiam  
 deducebatur, ubi etiam prandio refectus  
 est, quo finito ad Templum reveritus  
 sermoni, per Bituricensem pronuntiato,  
 necnon vespertinis laudibus interfuit,  
 quibus absolutis equo vectus ad Montem - Martyrum contendit, ut ibidem  
 apud sanctorum Martyrum, Francie  
 Apostolorum, monumenta Deo pro sua  
 conversione grates repperderet.

### §. LXVI.

#### *Diversum circa Regis ejurationem judicium.*

Ceterum de hoc Principis redditu ad Religionem Catholicam varij di-  
 versam ferebant opinionem, & quidem  
 foederati singulariter a Legato incitati  
 hanc mutationem, velut irritam inter-  
 pretabantur, eoquod Henricus a sum-  
 mo Pontifice a sua hæresi absolutus non  
 fuisset, hinc idem quoque judicium  
 vulgi animis instillare satagebant, ut  
 ulterius dissidia foverent: ex adverso  
 autem Regii propugnabant, quod in  
 præsenti rerum vicissitudine absolutio  
 ab Episcopo data valida, ac sufficiens  
 fuerit:

fuerit: eapropter ultro, citroque scri- Sæcul. XVI.  
A.C. 1593.  
pta divulgabantur, in quibus unusquis-  
que suam propugnabat sententiam:  
attamen illorum, qui regiis partibus  
favebant, judicium utpote veritati ma-  
gis consonum, altius insedit animis po-  
pulorum, qui Concionatorum fœderi  
addictorum declamationes flocci pende-  
bant: quinimo ipsem Maduanus Dux  
se de hac Regis mutatione plurimum  
gaudere singebat, & cum Henrico Rege  
trimestres pangebat inducias, quæ post-  
ea ad residuam anni partem protrahe-  
bantur.

### §. LXVII.

#### *Legati sollicitudo pro promulganda Tridentina Synodo.*

His induciis Legatus semper magis Thu. l. 105.  
Pasquier  
recherch.  
cap. 34.  
ira commotus e regno exire mini-  
tabatur, quamvis omnes impense eum  
rogarent, ut tandem adhuc subsisteret,  
unde non pauci, dum pacem exopta-  
bant, simul ejus discessum præpedien-  
tes dissensionem fovere videbantur. Hic  
idem jam ad comitorum auspicia ve-  
hementer urgebat, ut Concilium Tri-  
dentinum in Galliis reciperetur, per-  
inde ac si ab ejus observatione Religio  
Catholica dependeret: equidem in  
conventu hanc in rem die nona Aprilis  
habito, eidem, incassum licet, expo-  
neba-